

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

EMERITO SENI
DN. ELIE WEISSIO

qua meruit, iusta perfolvit,
Sympathiam testatur
perpetuus Weissii Nominis Cultor
Paulus Duffin Klettschke
Cofra' Hef.

55
Omnes mutationem quicumque periculosam esse dixit,
luctuosam fortasse dicere voluit.

Tua Te profecto
Vir Excellentissime,
Non pericula, sed luctus timere docuit.
Mutasti sedem, & visa est divina Providentia mutare faciem,
sem nondum unius anni spacio
acerba nimis gemiravit funera.

Dimisit Te Leucopetra sine Coniuge,
Zitavia excepit, ut mox sine Parente viveres.

O profunda Sanctissimi Numinis consilia,
qua si non ipsam, nemo explicat.

Num enim propterea Te vocavit in Patriam,
ut Patrem videres mori?

An hoc promptissimo tuo obsequio meruisti
ut luctus luctum sequeretur?

Estne haec singularis illa Dei benevolentia
Parenti filium junxisse,
ut gravissimè conjunctus acerba morte
cibi disjungeret?

Imo vero,

Explicavit ipsa mentem, caelestis Providentia.

Nempe ideo Te vocavit in Patriam,
ut Patrem videres emeritum.

Hoc obsequio meruisti
ut Parentis merita tuos quoque labores sint secutura.

Et nonne singularis Dei favor est,
quod morituri Parentis oracula exipere
beatissimè manibus juxta perfolvere potuisti?

Moriendum sane fuit,
sed hoc potissimum tempore,
quo nullum inveniri potuit oportunius.

Bene quidem hactenus memerat Venerandus Pater de Vittavia
qui tot ejusdem filios bene rursus merentes reddidit,
Sed tunc demum optime meruisse dicendus erat,
postquam ipse filium substituisset,
qui Parentis merita non equare, sed superare posset.
Ut ergo de Parente bene mereret Vittavia,
evocavit Filium

à quo solo

Pater meretur renunciari Emeritus.

quod cum prestitisti

Bene de Patria, optime de Patre es meritus.

Hoc enim ipso

Mundo non satis digna esse premia demonstrasti.

Et vero

quae merita Venerandi ille tuus Senex ulterius expectare poterisset,
postquam Vittavia omnia in seipsum meruisse fassa est?

An honores?

quod pio Sepi cum varietatibus?

An opes?

Has jam deestere didicisti.

Num à laboribus quietem?

quam raro cum quiete in quiete se recte convertit?

Beata ergo morte transferenda fuit

ad veram in manu Dei quietem,

veris civitatis ac honoribus abundantissimam,

ubi demum post acquisita vera premia

fidei Doctoribus digna

Felicissimus in aeternum audit Emeritus.

Dignissimus proferetur

Cujus innumera merita

in perpetuum posterorum, si qui futuri sunt, exemplum
tot monumentis indicantur.

Sed bene est,

Sublato Vita, Eliseus etiamnum super seipsum vivit

duplici suorum gratia illustris.

Servet Te Deus, Vir Excellentissime

ut, sicut hactenus de bono publico optime meruisti,

salvus sine mercede,

donec sero tandem Mundo atq; Caelo dicaris etiam

EMERITUS!

M. W. S.

Huc respice

Quicumq; de DEO et Mundo bene mereri cupis,
Hic deposuit exuvias

ELIAS WEISSIUS

Hoc uno satis laudatus

quod

Pietate, Sedulitate, Fidelitate
sibi meruerit bene merentissimus.

Sic enim Titavia tot annos
constantissime docendo

DEO Ecclesiam, Mundo Cives
optime formavit.

Hinc in terra à Gratis dicitur et
Emeritus,

Sed Deus, merita vere compensaturus
Animam caelo intulit.

Sic in terra laudem

in caelo premia

utring Emeritus acquisivit.

Parum exemplum Viator intrare
et discere

Pius, Sedulus et Fidelis esse
Ut bene de DEO atq; Mundo merearis.